

KÁLMÁNCSAI SÁNTA MÁRTONRÓL.

Bornemisza Péter Postillája IV. része 892. levele b. oldalán ezt írja: »Ismét egy jeles prédikátort láttam gyermekkoromban Kalmanczai Mártont, ki elein igen nagy hires Doctor volt, ki Debreczenbe holt meg. Ez mikor Wyhelyen laknék Batizi Demeternek megmondgya titokját, hogy régtül fogva egy leánt tartott firfui ruhába inasul és vele lakott; de végre elveszi feleségül. Ez elein nagy papúr volt. Noha útálatosságot cselekedett, de ám megtért, és jobban cselekedett, hogynem mint Ádám pap Nitrán, ki kocsisul és lovászul tartott egy asszont, egyéb bűnben is találták, kiért megégették és ő maga kivallotta szörnyű dolgait Ádám papnak.«

Az itt következő jegyzőkönyvi kivonat bizonyítja, hogy Kálmáncsai 1548-ban még sátoraljaujhelyi pap volt.

Accepta testimonia in anni circulo tempore iudicatus Joannis Lippai 1548. sat. Testes ad causam Alberti literati cum magistro Martino sat. Quum Cracoviae essemus, magister Martinus, parochus de Wyhely praecia suorum vinorum ab ipso Alberto literato petere cepit. Ipse vero Albertus literatus dicebat, se nolle reddere, nisi prius magister Martinus quadringentos aureos pro pellibus sabellinis plenarie solveret. Illi vero pelles, ut Albertus literatus palam nobis protulit, dati sunt domino cancellario propter quasdam literas a regia maiestate domino nostro serenissimo pro libertate quadam datas sat.

(Kassa város jegyzőkönyve.)

KEMÉNY LAJOS.

KASSAI ANDRÁS ÉLETEHEZ.

(1646. ápril 16.)

Nobilissimi, amplissimi spectatissimique viri ac domini senatores regiae liberaeque reipublicae Cassoviensis, domini patroni ac favitraes longe honoratissimi. Plurimam in Christo Jesu salutem, paratos almae christianitatis fines cum prospero ecclesiae et reipublicae statu animitus praecor, humiles meas praeces debitaque officiorum genera devote commendans.

Divinae voluntatis majestas ac oeconomiae meae, exiguae quidem, dura quaedam necessitas eo me compulit, quod videlicet statui solitario ac *viduitatis* valedicam atque sociali manum iterum porigam. Id quod nunc, quod Deus bene feliciterque versat, facere decrevi, eligendo mihi in futurum vitae et laborum sociam, pudicam et moribus laudabilibus insignitam virginem, Barbaram, honesti et integerimi quondam viri Johannis Nádaskay incolae olim inclytae metropolitanae civitatis Cassoviensis suburbio habitantis, filiam. Hic vero status, quia absque praesentia magnorum et gravium virorum neque inchoari neque perfici potest. Proinde nobilissimas amplissimasque dominationes vestras, tanquam fautores gratiosissimos obnixae et humiliter rogo, relictis paulisper curis arduis et maximis, ad praesentis mensis nempe Aprilis diem 23 ad horam

10 ad aedes nostras parochiales Uyfaluensis ad prandium comparere et presto esse dignabuntur, quo res nostra eo honestius perfici et peragi possit. Que genere officii rem Deo gratam et meis officiis promptissimis demerendam certo certe facere mihi sciant. Nobilissimae D. V. valeant et in gratia protectioneque divina felices et sospites delitescant. Dabam Novocomii die 16 Aprilis anno salutis 1646.

Nobilissimarum amplissimarumque D. V. humilimus cliens ad officia seu ad aram usque promptissimus.

Andreas Cassay

verbi divini minister protunc apud Ujfaluenses.

Kivül: Nobilissimis, amplissimis spectatissimisque viris, dominis senatoribus regiae liberaeque reipublicae Cassoviensis etc. dominis patronis et favoribus longe honoratissimis.

(Eredetije Kassa város levéltárában 7467/27. sz. a.)

(1652. május 2.)

Nos iudex et iurati cives regiae liberaeque civitatis Cassoviensis. Universis et singulis cuiuscunque status conditionis ac praeeminentiae hominibus praesentes nostras visuris, lecturis vel legi auditoris salutem et servitorum nostrorum commendationem. Notum facimus per praesentes, quod praesentium ostensor reverendus dominus *Andreas Cassay* in pago ditionis nostrae Uyfalu nuncupato a bene multis annis officio rite defungens divinaque ordinatione alio migrare instituens, a nobis debito modo ac honeste valedixerit rationibusque discessus ab eodem coram nobis propositis sub maturam considerationem sumtis a nobis dimissus fuerit. Cum autem in provictu existens pro literis salvi passus apud (?) nos (?) debiti modo institerit, legitimae ipsius petitioni refragari nolentes, eidem assensum praebuimus; omnes et singulos praesentium notitiam habituros debito modo et amice rogantes, ut dum et quando praefatus praesentium ostensor in eorum conspectu, dominia et officiolatus pervenerit, eundem tutum ac securum ire et redire permittant ac permitti faciant; quin imo Dei cuius salvifici verbi ministerium gerit nostraeque intercessionis intuitu eidem opera charitatis et benevolentiae administrent; expertive (?) eandem Dominationes Vestrae a nobis in similibus aut aliis reciprocam animi promptitudinem. Praesentes perlectis exhibenti restitutus. Datum Cassoviae feria tertia proxima ante Dominicam Rogatae. Anno Domini milesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo (?).

(Eredetije rongált papiroson, Kassa város rányomott pecsétjével, a kassai ágostai evangélikus egyház levéltárában.)

(1652. május 4.)

Omnibus hisce lecturis cum debita honoris praefatione a Christo Jesu domino nostro salutem et pacem desideratissimam precamur et nostra officia semper paratissima humilime deferimus. Ut gemma ex omni parte resplendet, sic Christi spiritualis miles tanquam nobilis unio intus et extus inculpabilis esse debet. I. Tim. 3. v. 2. Ita cum pictore Apelle vitae et doctrinae suae tabulam, sine formidine suspendere potest. In qua licet praetereuntes semper aliquid reprehendant, ut mordaces leonum

dentis, ipsa integritas effugere non potest, tamen iuxta illius: Quem non doctrinae vitium, nec crimina vitae accusant, is tutus spernere cuncta potest. Hinc divus apostolus in Epist. ad Heb. cap. 13 hortatur auditores; mementote inquit doctorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum contemplantes exitum conversationis, imitami fidem, quae paraenesis scriptoris Θεοπ ζ (?) saluberrima, praesertim in hac effoeminata mundi senecta, synceriorum verbi divini ministorum famam et existimationem debitam, ob oculos fidelium statuet. Merito. Est enim hoc charitatis christianae, ut bona de bonis sentiamus et loquamur 1 Cor. 13. v. 6. Et haec naturae lex est, inquit beatus Ambrosius, quae nos ad omnem stringit humanitatem, ut alter alteri, tamquam unius partes corporis invicem deferamus. Est insuper fructuosum et utile, nempe: boni, sibi hoc expetunt, rem, fidem, honorem, gloriam et gratiam. Hoc probis praetium. Ast non apud homines verum apud Deum 1. Cor. 1. v. 31. Cum igitur vir doctrinae integritate et vitae puritate clarus, reverendus dominus *Andreas Cassai*, hactenus ecclesiae *Cassa-Ujfalusiensi* dictae, pietate, dexteritate, honestate et industria satis laudalibiter et fructuose, prout fidelem Jesu Christi dispensatorem decet, praefuerit et postquam *annos integre septemdecim* in loco supra nominato in pura verbi divini praedicatione et legitima sacramentorum iuxta invariata augustanam confessionem administratione exegisset, Deo prae-lucente et ducente locum mutare volens. Post impetratam veniam, tum ab amplissimo et consultissimo senatu Cassoviensi, tum etiam a suis auditoribus in loco supranominato existentibus liberae abitionis testimonium vitae et constantiae dari sibi cupit. quod denegare ipsi, ne virtus praemio suo fraudaretur, aequum minime duximus. Omnes et singulos rogantes, ut cum nempe *Andream Cassai* quocunque locorum invenerit, favore et amore complecti, officiis, quibus possunt, iuvare, promovere atque tueri non dedignentur, experturi eundem vicissim, gratum es beneficiorum (hiányos). In cuius rei testimonium fidele praesentes literas nostras commendatitias suo sigillo venerabilis ministerii Cassoviensis, eidem concedendas, necessitum duximus ei extradandas. Cassoviae die quarta Maii et anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo.

Ministri et symmystae ecclesiae orthodoxae regiae liberaeque civitatis Cassoviensis.

(P. H.)

Hilarius *Ernestus Riner*, evang.
luther. germ. ecclesiae Cassoviensis
Pastor.

Melchior Kliés eccl. germanicae
diaconus.

Magister *Adamus Kys* ecclesiae
Cassov. Hungar. August. pastor.

Adamus Pitto ecclesiae Cass.
hung. concinator secundarius.

Elias Rosalides pastor sclaviae
eccl. Cassoviensis.

Matthias Ostropataki ecclesiae
Cass. hung. concinator tertiarius.

(Eredetije a kassai ágostai evangélikus egyház levéltárában.)

KEMÉNY LAJOS.